

DN.
NICASII DE
VOERDA, MACHLI
NIENSIS, IVRECON
SVLTI CLARIS.

SIMI

ENARRATIONES IN
quatuor Libros Institutionum Impe-
rialium, iam recens fidelius ac exactius,
quàm vsquàm antea castigata.

Accesserunt & his nunc primùm Summaria impensè
desiderata, Indice itidem adiecto.



LUGDVNI,
APVD PAVLVM MIRALLIETVM,
SVE INSIGNI DIVI PAVLI

M. D. XLIX.

Num. 46. Cap. 2 num. 38.

Coll. Soc. IASV E. M. ex dono Regum.



Ignitatis non modò primæ, sed etiã summæ felicita-
 tis loco semper duximus, ingenue Lector, omnem ope-
 ram, studium, conatus, cogitationes denique omnes ad
 vnam Rempublicam referre. Quo nomine adducti,
 multos iam suprà annos præstitimus, ne hac ipsa parte,
 quam in ea sustinemus, officium nostrum iure posset quis quisquam
 desiderare. Authores enim cùm artium, quæ ad humanitatem perti-
 nent, quosque lectissimos, tum verò Iuris Vtriusq; Doctores & Pro-
 fessores, eòsq; ἀκινύτες, superioribus temporibus tibi emisimus, sum-
 ma, qua fieri potuit, fide & diligentia expolitos. In quo quid industria
 nostra Reipubl. literariæ attulerit, tuum sit iudicium. Nos certè nec
 oleo nec rei pepercimus. Ceterùm, postquàm κός ὁ δόλις τῆς κερ-
 λῶγ, en tibi damus NIGASIVM DE VOERDA, Machlinien-
 sem, in quatuor libros Institutionum Imperialium, hominem inquam
 vt Germanum, ita primarum artium doctrina insignem, & in Agrip-
 pineñ. Coloniz Academia non postremas ferentem. Cuius viri co-
 piam facilitatẽque in docendo, argutiam in disceptando, in vtroque
 summum iudicium, haud coniectura possis assequi. Ad hæc, ne quid in
 tanta rerum ac ideò actionum varietate tui cogitationes commenta-
 tionẽsque animi aut falleret aut turbaret, rem oculis subiicit, nimirum
 Consanguinitatis, Affinitatis, spiritualis cognationis, atque aded Actio-
 num ortus, locos, & vsus, Arbore, quasi expressa facie, complexus.

Nos verò, ne quid tibi ad tanti Authoris summam lectionem
 decisset, Summaria impensè desiderata in eum conieci-

mus, Indice itidem subarato, illo quidem longè fi-

deli & copioso. Locos praterea iam pridem cor-

ruptos, & in hunc diem vsque iacentis &

neglectos restitimus, opera doctis.

hominum adiuti. Cuius nostri mu-

neris & diligentiz fidem, tibi

re & periculo fieri malu-

mus, quàm verbo, vel

ambitiosa & in-

structa hac

nostra commendatione.

Vale, & conatus nostros æqui

bonique consule.

PROLOGVS

IN LIBRVM INSTI- TUTIONVM.



VIA EA, QVAE BENE inchoan-
tur, bono & laudabili fine communiter
terminantur. prima, questio. j. c. prin-
cipatus. & capit. cum Paulus. Ideo in
omnium operum exordio inuocandus
est DEVS, qui est α , & ω . Apoca-
lyp. j. Qui operatur uelle & perficere.
ad Philippens. ij. Per quem Reges regnant, & Legum condi-
tores iusta decernunt. Per quem Principes imperant, & poten-
tes decernunt iustitiam, Prouerb. viij. quo donante, bonum ha-
betur initium, melius medium, & optimus finis. C. de uete. iure
enuclean. l. j. exemplo diuinissimi Principis Iustiniani, Civilis
iuris authoris: qui etsi lex sit animata, ut in Authent. de con-
sulib. §. fina. collatio. iij. nihilominus neque in armis, neque in
militibus, neque bellorum ducibus, aut proprio ingenio confi-
sus est, sed singulis suis operibus inuocationem diuini nominis
proposuit: sicut euestigio in rubrica prooemij huius libri pa-
tebit. Qui utique Iustinianus super omnes imperatores recte
diuinus appellatur. Quia sicut in DEO sunt tria principalia
attributa per essentiam, quae sunt, potentia, quae appropriatur
Patri, sapientia, quae Filio, & bonitas, quae appropriatur Spi-
ritui sancto: Sic in Iustiniano authore nostro, non per essen-
tiam, sed per excellentem participationem haec reperiuntur.
De potentia sua statim patebit in prooemio. §. j. & ij. Sapien-
tia sua claret per uniuersum mundum, in eo, quod Leges prius
utiles, nunc uero tractu temporis merito inutilcs, & abrogan-
das

ENARRATIO

NES IN QVATVOR

LIBROS INSTITVTIO

num Imperialium, Domi

no Nicasio Au-


thore.



PROOEMIUM.

- 1 *Iustinianus prooemium diuidit in quinque partes. Et num.*
ro 17.
- 2 *Iustinianus, fuit Christianus, aliàs ad imperium ineptus.*
- 3 *Nominis diuini inuocatio, quid adferat. Limit. nu. 10.*
- 4 *Dignitatis nomen scripturis præponi debet uide. & nu. 11.*
- 5 *Imperator, quis dicatur.*
- 6 *Imperator, dicitur Cæsar. Et quid ita.*
- 7 *Iustiniani pater. & nu. 13.*
- 8 *Franciæ Rex, cui subsit Imperatori.*
- 9 *Iura quando sine capessenda.*
- 10 *Laudatio, est triplex.*
- 11 *Iustinianus, unde dictus, pius.*
- 12 *Pius, & felix, differunt.*
- 13 *Imperatores, ad quid dicantur Augusti.*
- 14 *Imperator & legibus & armis debet esse munitus.*
- 15 *Antipophorismus.*
- 16 *Hosiles, qui dicantur.*
- 17 *Leges, dicuntur tramites.*
- 18 *Exilium, est triplex.*
- 19 *Calumniator, quis dicatur.*
- 20 *Prauaricator, quis.*
- 21 *Tergiuerfator, quis dicatur.*
- 22 *Leges sacrae sunt.*

ARBOR CONSANGVINITATIS.



Regestum.

a b c d e f g h i k l m n o p q r s t v x y z
A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X
Y Z aa bb cc dd ee ff. Index autem notatus est
Græcis hinc septem elementis, α β γ δ ϵ ζ η . Qua-
ter, niones omnes, demptis P G & ff duetmonibus.

L V G D V N I,

Excudebat Ioannes Pullon, aliàs de Trin,
impensis honestiss. Viri PAVLI
Mirallieri.